



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXXI. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. P. Ignatius Loyola totus Marianus. Ejus honori sagum in monte Serrato suspendit, ejus dictamine Religionis fundatæ Regulas conscripsit, nec nisi ejusdem festo prima cum sociis vota emisit, plusquam trigesies ab eadem visitatus; ne vel momento temporis ab amoribus MARIÆ vacaret, ejus iconem perpetuò à corde gestavit. *In vita.* Vis cordi esse MARIÆ? semper ea tibi sit à corde.

O gloriosissime S. P. Ignati per ingentem illum in Mariam amoris tui ardorem te rogo, ut aliquam cordi meo scintillam indulgeas, ut fictuis insistendo vestigiis MARIÆ intercessionem adjutus in gratia finali moriar, ac tecum videam, amen & glorificem DEUM, ejusq; Matrem in æternum. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Corde meo impostam B. V. iconem gestabo.

MARIA habet misericordiam per modum Originis essentialis, quia per modum Matris, parientis videlicet nobis Increatam illam misericordiam. *B. Alb. M. tr. sup. miss.*

Quæstio: An magis JESU, quàm MARIÆ societas dicenda sit Religio, quam S. Ignatius fundavit?